



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De progatione dilationis ad recipiendum & approbandum concordata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

**Resignatio
beneficij
quando nõ
noceat resi-
gnanti.**

obligat. vbi referunt dictum esse famosum in palatiis. sequitur Hippoly. singu. 315. accept.

Præterea si clericus turbatus propter exactiones decimarum, quæ in dies fiunt, renunciet coram superiore, & resignatio à superiore non fuerit recepta, nec acceptata, non nocebit illo clerico. Ita expresse tenet Domini in c. si. col. 2. vers. quid si clericus turbatus. de renun. in 6. plus consuluit. Barb. quod legatum vel donatio causa mortis acceptata, per eum cui fuit facta non potest reuocari. plenè in consi. 4. clementissim. in 2. vol. quod non firmo. & an confessio facta in vltima voluntate. vide tex in c. si. de success. ab intesta. & ibi plenè Pan.

**Acceptatio
quando fieri
debeat.**

Notandum est, quod ista acceptatio debet fieri tempore quo fit confessio, vel renunciatio, vel alius actus. non autem valeret ex interuallo. gl. in l. consensu. ff. de actio. & obliga. & l. a. de contr. ah. emp. Pan. in ca. dilecti. de sponsal. sequitur Hippoly. Marfi. in pract. sua crimina. §. postquam. num. 20. & seq. Brevitas temporis, & impressorum importunitas ad sequentia me reuocant.

De prorogatione dilationis ad approbandum concordata, tam à prelatiis regni quàm ab aliis personis.

Rex petiit annum post lapsum sex mensium sibi dari, vt concordata publicare, recipere & obseruare faciat, annum etiam postulat ad exprimendum verum valorem, si quis in prima impetratione non expresserit.



Ranciscus a Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentis literas in specturis salutem. Cum vrgenti necessitate euidenti que commodo & vtilitate Reipublicæ regni nostri ducti, ad euitanda maiora pericula, quæ ex reuocatione pragmaticæ in futurum cõtectura cernebamus, siue illi reuocationi obediretur, siue non obediretur,

quæ vnicuique rectè sententi la-
rissimè constare possunt, certa ini-
uerimus cum sancta sede Aposto-
lica concordata, in quibus inter
cætera cautum est, quod infra sex
mensium spatium, illa publicari &
registrari, nec non iurari in curiis
nostris Parliamentorum cõficere-
mus, ecclesiamque Gallicanam
illis consentire, aliis nullius essent
momenti, quæ nullatenus ob bre-
uitate temporis, aliis etiam vrgenti-
bus negotiis occupati perficere
valuimus.

Franciscus. a.) Prorogatio dicitur proprie quando tempus non erat finitum, vt hic nam tempus non est finitum, vt pater in literis sequentibus. Leo. ram. &c. ibi in ra dictum semelstre, infra quod adhuc existis, &c. & pro hoc est textus. & ibi Bar. & Alex. in l. dies. ff. de damno infect. per illum textum. [& est termini labentis nondum lapsi extensio, teste Bal. in l. Amilius. l. l. et. num. 9. ff. de minoribus.]

Renouari verò dicitur, quando tempus est finitum. l. sed si manent ff. de precar. & ibi Alberi & ideo dicebant quidam finito tempore non valere prorogationem, etiam tâquam reuocationem, tũ quia illud quod non est, prorogari non potest. argum. ca. ad dissoluendum. de spon. impub. ita tenet Specul. in tit. de dilatio. in §. nunc videmus. vers. & si non hæc. Ant. in c. 2. in fi. de dilatio. tum etiam quia quod noluit, potuit: & quod voluit, implere nequiuit. l. multum. C. si quis aliter, vel sibi. hoc etiam tenet gloss. in l. 3. in princ. ff. de acqui. possess. vbi dicit quod transferens possessionem animo continuandi, non acquirit de nouo, si eam non habeat, licet contrarium teneat. Bal. in l. a. col. 2. C. de tempor. appel. per l. Titio centum. ff. de legat. 2. vbi dicitur fieri prorogationem, etiam si nullus sit dies. & ita tenet Imol. ibi, quia subest materia, quæ prorogari potest, licet dilatio quo ad temporalia: tui formam sit fo-
pita. &

pita. & verba quandoque sunt impropria, ut actus valeat l. & puto. & ibi gloss. ff. famul. heret. cum l. l. sed & si possessor. §. i. de iureiur.

Item apparet voluisse hanc materiam prorogari licet dilatio esset finita: & sic est satis responsum ad rationes supra adductas, & illam gloss. in d. l. 3. reprehendunt communiter Doct. ibi post Barto. & istam opinionem tenent Imol. & Alexand. in d. l. dies. & Roma. consil. 443. quo ad primum. in fin. & plenè Socin. consil. 99. serenissimus. in 3. vol. & ista est communis opinio docto. quàm probat Decius in cap. de causis. colu. 6. de offic. deleg.

Et sic inferitur quòd compromissum prorogatum idem est cum primo. & unū. & idem censetur. l. ex non omnibus. §. fin. & l. non distinguemus. §. dies. cum l. seq. ff. de arbit. Item iurisdiclio pro consulis subrogati videtur eadem cum prima. l. memisse. ff. de offic. proconsul. cap. cum olim. de offic. deleg. Præterea prorogatum precarium idem est cum primo. l. sed si manente. ff. de preca. l. item queritur. §. qui impleto. loca. facit. ca. preceptis. 12. distinct. Deci. consil. 497. accurat. col. 1.

Secundò, inferitur quòd prorogatio termini censetur esse facta cum omnibus suis qualitatibus. text. in l. lecta. & ibi doct. ff. si certum petat. gloss. in cap. hi. qui de prebend. in 6. Siue fuerit facta prorogatio in continenti, si ex intervallo. l. legem. & ibi Bald. C. de loca. Ideo doctor conductus pro certo salario ad annum, si postea recedat, & post tres vel quatuor annos relocetur, nulla habita mentione salarii, censetur reconductus sub eodem salario, allegatur Bald. in l. etiam. in fin. Cod. de iure dotium. qui hoc non dicit.

[Sed facit] item §. qui impleto. ff. loca. & l. pen. §. vxor. solut. matrim. Socin. consil. 196. circa. in 2. volum. & consil. 37. capio. in 3. volu. & Alex. in l. colu. 2. ff. de danno inse. Felin. in cap. 1. de iureiur. & cap. 2. num. 34. de sponsa. Idem in famulis, & domibus & pensionibus domorum dicit Iaf. in d. l. lecta. colu. 2. Idem in pignoribus & aliis accessoriis, quæ dependent à potestate partium, secus si illa accessoria essent extraneorum, ut fideiuf.

Ideirco ne in rete (quod verebatur) incideremus: & ne commodo & utilitate dictorum concordatorum frustraremur à sede Apostolica, post lapsum dicti spatii sex mensium vnus anni prorogationem obtinuimus. Ceterum cum in dictis concordatis inter cætera etiam caueretur, quòd verus valor beneficiorum in illorum impetrationibus exprimeretur: timendum erat ne ambitiosi sub prætextu veri valoris non expressi, iam dicta impetrarent beneficia. Igitur ut prædictis malitiis via præcluderetur, à sanctissimo domino nostro papa Leone decimo rescriptum obtinuimus, quòd impetrationes prætextu veri valoris non expressi obtentas infra annum illius rescripti (in quo verus valor non fuisse expressus asseritur) nullius valoris ac momenti esse declararentur. Quarum bullarum, seu rescriptorum tenor sequitur, & est talis.

Papa ad regis postulationem prorogat sex menses datos ad probandum concordata ad annum, à data presentium computandum.

Leo episcopus, seruus seruorū Dei, Charissimo in Christo filio Francisco Francorum Regi Christianissimo, salutem & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti, statuimus & ordinamus, quòd ex tunc de cætero occurrentibus cathedralium & metropolitanarum eccle-

Prorogati
non est
cum re
prorogata.

Proroga-
tio cum
omnibus
qualitati-
bus conse-
cuta facta.

fores, vel res alienæ, vt concludit Aufr. in decisio. Tholo. quest. 181. Item c. si quis Barba. plenè consil. 31. sapien. colum. ultim. in 1. vel.

*Excommu-
nicatus, an
quis sit
post termi-
num pro-
rogationis.*

Ideo si præcipiatur alicui sub pœna excommunicationis, vt intra 20. dies soluat, aliàs sit excommunicatus lapsò termino, si pars proroget eidem terminum, lapsis 20. diebus non erit excommunicatus, tum quia pœna conuentionalis euitatur facta prorogatione. l. cum stipularis sum m. h. à Proculo. ff. de verbor. oblig. & ibi doct. tum quia si creditor remitteret debitum, lapsò termino debitor non esset excommunicatus. sic si fiat prorogatio, quia videtur particularis remissio, cum tempus & dies dicatur pars summæ. l. a. §. diem ff. de eden. Card. in cle. rna. §. nos itaque. de iureiuran. in 6. q. vbi plenè Barba. colum. 1. item quia agitur tantum de præiudicio prorogantis, ideo poterit sibi præiudicare. c. si diligenti de foro compe. C. de pac.

Si tamen debitor cui fuit prorogata dilatio, non soluerit intra terminum prorogatum, incidit in excommunicationem. c. præterea. in 2. & ibi Pan. & communiter do. Ho. de appel. quia iudex in vtilitatem partis excommunicat, si pars vult differre terminum, & iudex velle videtur, cum illud agat, vt partes ad concordiam reducat. l. a. §. & post operis. ff. de operis noui nunc. cap. 1. de mutatis petitiõ. facit cap. 1. de loca. vbi excommunicatio lata in fauorem partis cessat accedente consensu illius. cap. fin. de transf. ellia.

Idem dicemus in iuramento, vt pars possit prorogare debitori, quia iurauit soluere intra decem dies, & alios decem dies, vel aliud tempus dare, quod si debitor nõ soluerit in termino prorogato, incidit in periurium, quia licet Deus recipiat obligationem ex iuramento. cap. debitores. de iureiur. tamen pars potest illud iuramentum remittere. cap. 1. de iureiur. cap. 2. de sponsal. quia Deus recipit in fauore partis, remittente parte, remittit & Deus, sicut dixi supra de iudice excommunicante. Ita Bald. in cap. venerabilem. colum. penult. de elect. & quilibet in cuius fauorem est præstitum

fiarum ac monasteriorum in regno Francia, & Delphinatu, & comitatu Dien. & Valentinen. consisten. vacationibus, dilecti filii ecclesiarum capitula, & monasteriorum conuentus, ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum, ac abbatum, ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere non valent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia, infra certum tunc expressi temporis spatium, nobis & pro tempore existenti Romano pontifici, personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem, huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiendas nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quib. voluimus quod si maiestas tua, omnia in illis statuta, ordinata & contenta, infra 6. menses post tunc proximam futuram sessionem Laceranens. consilii tunc vigentis, non approbaret & confirmaret, & à prelati ac aliis regni tui personis tunc expressis approbari non faceret, litera ipsa nullius essent roboris vel momenti) plenius continetur. Quam autem sicut exhibita nobis pro parte tua, petitio continebat, maiestas tua propter varias occupationes, quibus ad præsens implicitus exitis, ac ex certis aliis rationabilibus

iuramentum

Instrumentum habet vim Apostolici priuilegii in remittendo illud. d. c. i. de iur. iur. l. ff. q. 9. & a quib. las. in l. Labeo. ff. de iur. iur. vbi dicit procedere, etiam si prorogatio fieret ignorante debitore. Bartol. & Alber. in l. fin. ff. de offic. procur. Caesar. licet contrarium teneat Bald. conf. 426. quare iur. in i. volum. cui respondet Franciscus qui. in d. l. lect. nos. 5. ff. si certum per.

Prorogatio post certum terminum
Primò, fallit quando pars vellet prorogare post terminum elapsum nam non poterit, quia iam est pars excommunicata, vel periura, à quibus non poterit altera pars absolueri Bald. in auth. quod eis. in fin. Cod. de nup. Ausffer. in decis. Tholos. q. 73. Item, & c. si bannu. Bartol. & las. in l. Labeo. ff. de iur. iur. Pleñ Fel. inc. 2. num. 34. col. antepen. de spons.

Fideiussor quando sit liberatus facta prorogatione.
Secundò, fallit quando ageretur de præiudicio tertii, qui non conientit prorogationi, tunc est liberatus post tempus: ideo fideiussor qui obligauit se soluturum ad annu, facta prorogatione temporis, nõ tenetur, secus si obligauerit se pure ad soluendũ debitũ, quia per prorogatione non liberaretur. l. ff. c. de iur. rei iud. Pan. & alii in cap. constitutus. in fin. de fideiussor. Idem si fideiussor promisit soluere tales libros, si postea partes conueniant de dando pretiũ vel aliam rem, fideiussor ad illam non tenebitur, quã non promisit, secus si promiserit simpliciter se satisfacturum, vel soluturũ, quia tunc teneretur, sicut in proximo casu dixi. nam quando mutatur res, vel pretium, videtur nouus contractus. l. pac. ff. de contra. enpno. & nouatione liberatur fideiussor. l. nouatione. C. de fideiuss. l. si cum hermes. de locatio. Bartol. in l. Valerianus. ff. de pre. stipul. Bal. & Angel. in l. quod dicitur. §. Miles. ff. de restan. militis, Alexand. in l. vbiunque. de fideiussor. multa cumulat Hippol. in rubric. de fideiussor. quest. 6. vbi licet videre. las. & docto. in d. c. l. lecta. & in auth. Sacramenta puerum. colu. pen. C. si aduers. vend. Bart. d. conf. 3. in i. vol. lac. in l. i. nu. 16. C. de iud.

Quando post se reinuocare in excommunicatione.
Tertiò, non procedit quando excommunicatus fuit semel absolutus, & fuit couentum inter partes, quod si non soluerit intra mentem, quod sit excommunicatus: Nam si talis conditio non

causis infra dictum semestre infra quod adhuc existis, in dictis literis contenta, per prelatos & personas regni tui huiusmodi approbati facere posse commodè non confidat: Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, semestre prædictum (infra quod adhuc existis) ad annu à data præsentium computandum, auctoritate Apostolica tenore præsentium prorogamus, pariter & extendimus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis: nec non omnibus illis quæ volumus in dictis literis non obstare, cæteris quæ contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apost. eius se noverit incursurum. Datũ Romæ apud sanctum Petrũ, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo septimo, Calendis Iulii. Pontificatus nostri anno quinto.

Altera prorogatio petitur ad annum a fine alterius computandum, eo quod propter varias occupationes non fuit concordatum approbatum & receptum a regnicolis.

FRANCISCUS DEI GRATIA FRANCORUM
Rex, Mediolani Dux, & Genue
fuerit

fuerit appositā in sententia absolutionis consentiente iudice, non reincident pars in excommunicationem, etiam si non soluat intra mensem per text. in l. tale pactum. §. qui prouocauit ff. de pact. quia excommunicatio non potest nasci ex pacto partium, vel ex contractu, sed ex sententia iudicis, & istud pactum non est sententia arg. l. si unus. §. p. clus. vers. sed si pactum. ff. de pact. ita expresse tenuit Perus. in cap. præterea. in 2. colum. 2. de appellat. & etiam consentiente iudice adhuc requirentur alia litera excommunicatoria, ut alibi dico.

Pœna non prorogatur.

Quartò, limitatur procedere in pœna ut si fiat prorogatio compromissi, non intelligitur prorogata pœna, nisi expresse dicatur, per l. seruus ea. ff. de seruus exportan. Bald. in l. penult. §. vxor. solut. matrimon. quia odia non debent ampliari, minusque prorogari. l. cum quidam ff. de liber. & posthu. & sic prorogatio censetur facta cum suis qualitatibus in fauorabilibus, secus in odiosis. Bald. in l. si à te. Cod. de pact. inter empr. & vend. Hippol. sing. 380. prorogatio. Alias limitationes tradit Deci. in cap. de causis. colum. 3. cum seq. de offi. deleg. Possem hic tradere materiam prorogationis iurisdictionis, quâ tradunt doct. in cap. P. & G. de offic. deleg. glo. & doct. in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudic. & in pract. Petr. lac. rubri. de prorogatio. iurisdicti. sed quia parum vsu venit in hoc regno Franciæ, ideo eam missam facio.

No. pro consiliariis requisitorum.

Quia in hoc regno iurisdictiones sunt diuise quo ad proprietatem & utilitatem: ideo non fit prorogatio sine domini consensu, teste Ioan. Fab. in l. fin. quis ex consensu. colum. 2. Cod. de episcop. audi. & Bella Mera, consil. 33. quod si. colum. 9. vers. ego vero diuido. dixi supra rubr. de caus. in princ. Et quid si causa fuit commissâ consiliariis supplicationum seu requestarum, ut cognoscerent inter Titium & me, & ille Titius nominat suum auctorem, an domini consiliarii possint contra illum cognoscere? quod sic, fuit decisum Neapol. de is. 227. quidam nobilis, quia hoc videretur commissum in consequentiam. Paul. in l. venditor. ff. de iudi. nota in l. quoties. Cod. illo tit. [Nam prorogatio termini impedit pœnam committi. l. cu]

dominus, Vniuersis presentes literas inspecturis, notum sit & manifestum, quòd cum iam dudum à sancta sede Apostolica certæ literæ Apostolicæ per nos obtentæ fuissent, quibus semel infra quod nos & Ecclesia Gallicana approbare debebamus concordata inter sanctam sedem Apostolicam & nos, inita per annum prorogatum extiterat: verum quia durante dicto anno, aliis occupati negotiis dictam approbationem & confirmationem prælati & aliis personis ibidem expressis approbari, seu confirmari, minimè fecerimus, idcirco alias literas Apostolicas ab eadem sede obtinimus, quibus annum iam dictum ad alium à fine illius computandum denuò prorogare fecimus, prout in dictis literis (quarum tenor sequitur) plenius continetur.

Conceditur secundus annus à fine primi computandus ad hoc, ut concordata recipiantur, & obseruentur à regnicolis.

Leo episcopus, seruus seruorum Dei, Charissimo in Christo filio Francisco, Francorum Regi Christianissimo, Salutem & Apostolicam benedictionem. Dndum siquidem inter alia, cum irritantis appositione decreti, statuimus, & ordinauimus, quòd ex tunc de cætero occurrentibus Ecclesiarum cathedralium & metropolitana-rum, ac monasteriorum in regno Franciæ & Delphinatu, ac Comi-
stipulatio

ratu Dien. & Valentin. consisten-
tium vacationibus, dilecti filii Ec-
clesiarum capitula & monasterio-
rum conuentus, ad electiones seu
postulationes futurorum archie-
piscoporū, episcoporum, ac ab-
batum Ecclesiarum & monasterio-
rum vacantium pro tempore hu-
iusmodi procedere non valent.
Sed maiestas tua ad Ecclesias &
monasteria huiusmodi sic vacan-
tia infra certum tunc expressi tē-
poris spatium nobis, & pro tem-
pore existenti Rom. Pontifici per-
sonas idoneas certo tunc expres-
so modo qualificatas, ad eandem
nominationem, per nos & Ro-
manum Pontificem huiusmodi
ecclesiis & monasteriis eisdem
præficiendas nominare valeret:
ac voluimus quod si maiestas tua
omnia in illis statuta, ordinata, cō-
uenta, infra sex menses post tunc
proximam futuram sessionem La-
teranens. concilii tunc vigentis
non approbaret, & confirmaret, &
prælati, & alii tunc expressis re-
gni tui approbari non faceret, li-
teræ ipsæ nullius essent roboris
vel momenti. Et deinde pro parte
tua nobis exposito, quod maiestas
tua propter varias occupationes
quibus tunc implicitus eras, ac ex
certis aliis rationalibus causis in-
fra dictum semestre infra quod
tunc adhuc existebas in dictis li-
teris contenta per prælatos &
personas regni tui huiusmodi ap-
probari facere cōmodè non con-

fidebat: Nos per alias nostras lite-
ras semestre prædictū infra quod
tunc adhuc existebas ad annum à
data posteriorum literarum huius-
modi computandum prorogauimus,
pariter & extendimus, pro-
ut in singulis literis prædictis ple-
nius continetur. Cum autem, si-
cut exhibita nobis nuper pro par-
te tua petitio continebat maie-
stas tua literas priores prædictas,
iuxta voluntatem nostram prædi-
ctam approbavit, & confirmavit,
& publicari fecit, & approbari fa-
cere intendebat, fecissetq; , nisi à
literarum priorum editione, ac
tuis approbatione & confirmatio-
ne, ac earundem priorum litera-
rum publicatione huiusmodi teme-
rè appellatum fuisset. Et pro-
pterea nobis humiliter supplicari
fecisti, vt annum prædictum infra
quem adhuc existis, ad alium an-
num prorogare de benignitate
Apostolica dignaremur. Nos itaq;
huiusmodi supplicationib. incli-
nati, annum prædictum infra quē
adhuc maiestas tua existit, alium
annum à fine primi anni huius-
modi computandum, authorita-
te Apostolica tenore præsentium
prorogamus pariter & extendi-
mus, non obstantibus præmissis,
ac constitutionibus Apostolicis,
nec non omnibus illis, quæ in pri-
oribus & posterioribus & literis
prædictis voluimus non obstare,
cæterisq; contrariis quibuscunq;.
Datum Romæ apud sanctum Pe-

OOOO

stipulatus sum mihi a prociolo ff. de verbor. obli. v. bi prorogatio diei impedit moram, ergo & pœnam. d. l. lecta ff. si certum per. la. m. l. quom. nus. q. 30. ff. de sumi.

Non dicit à quo, sed audiui vniuersita- tem Parisien. appellationē emisisse ad fu- turum concilium vniuersale, & illā appel- lationem, seu illius formā vidi conscriptā.]
a *Exhiberent* Et sic extractū ex regi- stris fidē facit, vt infra de registra. concor. Vn- de dixi cuidā pauperi, vt sumptū ex regi- stro suæ collationis à Papa facte haberet: quia fidem faceret, & ita testatur de Rota de- cis. 621. nota sumptum in antiq. idem in sum- pto signaturæ, vt interdum vidi etiam fie- ri, & quādo incidēter ego allego titulū ha- bitū à sede Apostolica, tunc sufficit, vt osten- datur per signaturā, vel per sumptū, secus si allegem pro vero titulo, tunc bulla solet obtineri.

Sumptum
signaturæ
quādo sus-
cipitur.

b *Ed episcopus* Constitutio ista tan- quā bursalis, non est à regnicolis re- cepta, vt dicit in §. si. de mand. Apost. su- pra & in hoc regno nō admittitur quis si impetraret beneficiū illius, qui nō expres- sit verum valorem, siue ante annū, siue post: ideo cum non sit recepta constitutio, alia nō scribo, sed me refero in aliis ad gl. prag- sanct. hoc n. vbi plenius scribitur. [Vide an an- nata capi possint per Gome. in tract. suo bre- uitiū. nu. 24. vbi permissum dicit per id quod scribitur 4. Reg. c. 12. §. c. 5. & Nu. 22. §. 24. de Balaū & Michæ 3. nā ea Papa capit, quia al- tari seruit, ergo de altari viuere debet, sed cum hodie alia habeat bona, nil vel parum recipere debeat.]

[Duo tamen hic notāda censeo, primū quod si dubitas de vero valore potest addi clausula cū facultate verū exprimendi, va- lore, & hoc in fine signaturæ, vt plenius scri- bo in forma signaturæ in praxi beneficiati.

Secūdo habes hic, quod Papa probat, vt ex signaturā quis possessionē capiat, ibi su- per supplicationib. expeditione augendi obtinere ad effectum possessionē benefi- ciorū huiusmodi assequēdi, vbi dicit quosdā impetrare signaturā ad effectū assequendi possessionē beneficiorū, in quib. nō expri-

trum, Anno incarnationis Domi- nicæ 1518. 6. Calendas Iulii, Ponti- ficatus nostri anno sexto.

Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris curias nostras parlamenti tenentibus, necnon seneschallis, bailliuis, prapostitis, aliisque iustitiariis & officariis nostris harum ferie mandamus & iniungimus, quatenus has presen- tes suis in registris registrent, vt si pro rebus & negotiis in dies occurrentibus, illis quis agere habuerit, ex dictis registris illas extrahere possit, & valeat. Cui ex- tracto debito modo facto, talem fidem haberi volumus, ac si dicta- rum bullarum originale exhibe- rent. Nam sic nobis placet, & quatenus opus est, ex nostra certa scientia, & potestatis plenitudi- ne, ita fore ordinamus: In cuius rei testimonium, sigillam nostrū presentibus literis duximus apponendum. Datum Baugiaci, die 25. mensis Octob. Anno Domini 1518. & regni nostri V. Per Regem. Gedoy.

De Annatis.

Utrum valorem beneficiorum propter annua- tam soluendam imperpetuos exprimere tenetur, quam si non expresserit intra annum hoc facere poterunt.

Eo b Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex (cui tot tantaque in spiritualibus & rem- pora-